



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

III. An Decimæ præceptæ sint jure Pontificio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

- nes; maxime quia contra divinum præceptum nulla datur consuetudo, aut dispensatio, quæ tamen in solutione decimarum admittitur, *ut infra suo locis dicemus.* Illud sane non inficior, jure naturali & divino teneri subditos ad sustentandum pastorem animarum suarum indigentem, *ut post D. Thom. Scot. & alios optime probat Covar. d. num. 2. & 3. Vasq. Turrecr. & Navar. locis citatis.* Quoad substantiam ergo, hoc est, quoad congruam sustentationem ministrorum, dici possunt ¶ decimæ de jure naturali, & divino; quoad modum vero; quod nimirum hæc sustentatio fiat per viam decimarum, id est de jure humano, ut late, & optime explicant præcitati Doct. & in hoc consistit hæc opinio, quæ etiam vel ex eo probabilis redditur, quod
- 17 præceptum decimarum ¶ inter ecclesiæ præcepta numeratur.

QUÆRO TERTIO, *An decima præcepta sint jure Pontificio?*

- 18 Respondeo, ¶ omnibus notum esse, quod sic; de hoc enim sunt infiniti prope *tex. in cap. decima, 16. q. 1. c. omnes decima, 16. q. 7. & omnes cap. tam Decret. quam 6. & clem. sub hoc tit. de decim. ubi omnes hoc clamant, & in Conc. Magunt. c. 38. sic dicitur, admonemus, atque præcipimus, ut decimas dari de omnibus non negligatur, quia Deus ipse sibi dari consuluit, & Conc. Triden. sess. 25. c. 12. de refor. docet, decimas debitas esse Deo, & qui eas dari noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadere, earumq; solutionem præcipit sub pœna excommunicationis.*

QUÆRO QUARTO, *Quam ob causam introducta sint decima?*

- 19 Respondeo, multas ¶ esse causas, ob quas introductæ sunt, quas recenset inter alios *Rebus. d. tract. q. 2. n. 1. & seqq. Tynd. d. tract. num. 14. cum seqq. sed illæ duæ*
- 20 præcipuæ sunt; Altera, quod Deus O. M. ¶ eas sibi reservavit in signum universalis dominii, *c. cum non sit, & c. tua, il. 2. de decim. & colligitur ex Concil. Magunt. & Trid. locis alleg. hanc causam refert Rebus. d. q. 2. n. 1. Tyndar.*